Haeque partes totum aliquod constituentes à reliquis partibus subtractas in veram summam colligit.

PROBLEMA PRIMVM.

FRACTIONEM AD MINIMOS TERMINOS reducere.

Nota primo numeros alios inter se esse primos, alios non primos sive compositos. Primi inter se sunt, qui à numero multitudinis exactè dividi non possunt, Compositi qui exactè possunt dividi.

32

Sdo exploraturq an duo numeri inter se sint primi necne diuide maiorem per minorem si ex diuisione nihil remaneat et praeterea quotiens non sit 1 compositi erant illi numeri habebuntq praeter 1 mensuram aliquam maximam ut si in hac fractione $\frac{12}{36}$ diuidas 36 per 12 nihil remanet compositi sunt igitur isti numeri, si uero post diuisionem factam uel adhuc remaneat aliquod residuum uel quotiens sit 1 primi sunt inter se numeri illi ac praeter 1 communem aliam mensuram nullam habent, ita si in hac fractione $\frac{12}{35}$ diuidas 35 per 12 remanent 11 si rursq per duodecim remanet 1 per quam amplius diuisio fieri non potest.

Et si in fractione ista $\frac{3}{9}$ diuidas 9 per 3 rursqq 3 per 3 quotiens erit 1 ergo et haec fractio $\frac{3}{9}$ constat numeris inter se primis praetergq 1 communem aliam mensuram maximam nullam habet.

Certio dicitur autem duorum numerorum communis mensura ille numerus qui utrumuis seorsim diuidens nullum in utrouis relinquit residuum siue qui sine excessu aut defectu exacte semel aut saepius in utrolibet continetur.

Atq haec uel maxima est qualis est ille numerus, quo maior dari non potest quiq numeros propositos sine residua aliqua fractione ex aequo diuidit uel non maxima quâ scilicet dari omnino potest maior, his notatis duplex est reductionis regula.

Prima diuide denominationem propositae fractionis per numerationem et per residuum, cum qui ante diuisor fuit, idq tam diu donec in numerum aliquem incidas qui diuidendum exacte et sine fractione residua ex integro exhauriat. Nam ille ipse erit mensura communis maxima per quem diuisus datae fractionis numerator dabit numeratorem, diuisus uero denominator dabit denominatorem fractionis nouae et in minoribus terminis positae.

EXEMPLVM.

Sit v.g. reducenda ad minores terminos haec fractio $\frac{30}{108}$ tum quia diuisis 108 denominatore per 30 numeratorem remanent 18 et

diuisis 30 priori diuisore per 18 residuo restant 12 rursusq; diuisis 18 per 12 supersunt 6 ipse ille numerus qui diuidendum suum sine excessu aut defectu in duas partes æqualiter diuidit dico 6 propositæ fractionis mensuram communem esse maximam per quam si proinde seorsim diuidantur 30 numerator ductæ fractionis prouenit nouus numerator, si denominator 108 prodibit nouus denominator 18 adeoq; tota fractio $\frac{30}{108}$ æquiualebit huic $\frac{5}{18}$ atq; adeo perinde erit siue dicas ex uno aliquo integro in 108 partes diuiso habere te partes 30 siue ex eodem diuiso in partes 18 obtinere te partes quinq;

Sda regula est diuide seorsim tam numeratorem quam denominatorem per quamcunq; mensuram communem etiamsi illa maxima non sit rursusq; productam per aliam, idq; tam diu donec numerus prodeat qui per communem aliam mensuram ulterius diuidi non possit et habebis intentum

EXEMPLVM.

Ut si ad minimos terminos reuocanda sit hæc fractio $\frac{48}{60}$ communis mensura est 2 diuiso igitur seorsim tam numeratore 48 quam denominatore 60 per 2 efficio hanc fractionem $\frac{24}{30}$ cuius numeratorem si diuidam per 6 quottientem reperio 4 si denominatorem inuenio 5 sed n̄ $\frac{4}{5}$ non habent ullam amplius communem mensuram siue qd idem est nullus dari potest numerus qui tam numeratorem, quam denominatorem seorsim iuste et ex integro diuidat ergo proposita fractio $\frac{48}{60}$ iam reducta est ad minores quos potuit terminos atq; idem ualet quod $\frac{4}{5}$.

PROBLEMA SECVNDVM
INTEGRA IN
FRACTIONES PARTIRI

Integrum qd est in fractiones soluendum uel solum est uel fractionem habet. Si primum reducendum est uel ad fractionem simpliciter uel ad fractionem dati denominatoris. Si ad fractionem simpliciter, etc.

34

Prima regula pro numeratore scribatur numerus integer eius subductâ linea supponatur 1 ita 24 ductae infra $\frac{1}{1}$ lineae 1 subscribendo ad fractionem revocâsti.

Quod si ad fractionem dati denominatoris sit reducendum. Esto

Sda regula numerus integrorum multiplicetur per datum denominatorem nam productum dabit futurae fractionis numeratorem ita 24 florenos in crucigeros resoluturus multiplica 24 per 60 (datum novae fractionis denominatorem) et prodibit haec fractio $\frac{1440}{60}$ ostendens quod nam 24 floreni in secrucigeros contineant.

Si denique integra fractionem adiunctam habeant. sit.

Tertia regula multiplicetur numerus integrorum per denominatorem appositae fractionis producto addatur eiusdem fractionis numerator et proveniet quaesitus novae fractionis numerator ut si in hoc exemplo 10 $\frac{5}{4}$ in quo 10 florenis integris $\frac{5}{4}$ coniunctae sunt 10 multiplices per 4 efficies 40 et si addas 5 numeratorem adiunctae fractionis habebis 45 quaesitum novae fractionis numeratorem cui si ductâ prius linea subscribas 4, prioris fractionis denominatorem hoc modo $\frac{45}{4}$ integra ut volebas in fractionem resoluisti.

PROBLEMA TERTIUM
FRACTIONES
AD
INTEGRA REVOCARE.

Habet hoc problema locum cum numerator denominatore maior est, tum si fractionem ad integra reducturus, divide numeratorem per denominatorem et residuum si quid sit (servato denominatore antiquo) dabit novae fractionis numeratorem.

EXEMPLUM.

Ita si in hoc exemplo $\frac{1441}{60}$ numeratorem 1441 dividas per denominatorem 60 colliges integra 24 et praeterea eiusdem alicuius integri in sexaginta partes divisi $\frac{1}{60}$

PROBLEMA QVARTVM
PLVRES FRACTIONES AD IDEM NOMEN REDVCERE

Prima regula multiplica primae fractionis denominatorem per denominatorem sdae productum per denominatorem tertiae et sic deinceps nam qd ultimo loco prouenit id erit communis denominator, uerum ut fractionum ualor maneat numerator quoque alius circumspiciendus est, pro quo esto.

Sda regula numeratores seorsim singulos per communem denominatorem multiplica productum per antiquum denominatorem diuide.

Vel commodius diuide denominatorem communem per singulos denominatores pristinos quottientem per antiquum numeratorem multiplica, et prodibit nouus numerator communi denominatori more solito superimponendus, ita si fractiones $\frac{4}{6}$ $\frac{7}{8}$ $\frac{6}{10}$ ad eundem denominatorem reuocaueris aequiualentes produces istas $\frac{320}{480}$ $\frac{420}{480}$ $\frac{423}{480}$

Tertia regula qd si tantum duae fractiones ad eundem denominatorem fuerint reuocandae, tum uero multiplica numeratorem unius per denominatorem alterius, nam producta constituent nouos numeratores, et denominatorem unum duc in denominatorem alterum habebisque denominatorem communem, res clara est in exemplo, in quo sunt

$\frac{8}{10}$ $\times$ $\frac{16}{18}$ fractiones datae.

$\frac{\quad}{160}$ 144 numeratores noui.

$\frac{\quad}{180}$ $\frac{\quad}{160}$ denominatores communes.

CAPVT TERTIVM
DE ADDITIONE, SVBTRACTIONE, MVLTIPLICATIONE ET DIVISIONE FRACTIONVM

Tot ñ fractionum sunt species quas inter prima sic se habet.

Additio fractiones ad minimos reducte reducentur etiam ad idem nomen tum numeratores addantur inter se ita hic duce fractiones $\frac{8}{16}$ $\frac{10}{40}$ ad minores terminos reducte sic se habent $\frac{4}{8}$ $\frac{2}{8}$ addite denique inter se equivalentem constituunt istam $\frac{6}{8}$

Subtractio datis fractionibus ut ante ad minores terminos et communem denominatorem reductis minor numerator subtrahatur ex maiore et residuo subscribatur denominator communis ita $\frac{2}{8}$ subtracte ex $\frac{4}{8}$ relinquunt $\frac{2}{8}$.

Multiplicatio ducantur primo in se inuicem numeratores tum deinde denominatores erityq; productum numeratorum numerator, denominatorum denominator nouae fractionis ut si $\frac{10}{40}$ multiplices per $\frac{8}{16}$ efficies hanc fractionem $\frac{80}{640}$ quae ad minimos terminos reducta equivalebit huic $\frac{20}{160}$.

Diuisio si fractiones diuersos habeant denominatores reducantur prius ad communem tum deinde maior numerator diuidatur per minorem vel.
Sto numerator diuidendi ducatur in denominatorem diuisoris in denominatorem diuidendi. Nam primum productum

dabit numeratorem; secundum dabit nouae fractionis deno,
minatorem.
Tertio in uerso ordine numerorum diuisoris ita, ut denomi,
nator collocetur loco numeratoris et uicissim numerator loco
denominatoris primo quidem pro nouo numeratore ducantur
in sese numeri superiores pro denominatore inferiores.

EXEMPLVM.

Ita si $\frac{8}{10}$ diuidas per $\frac{9}{17}$ siue primo sdo aut tertio modo opera,
tionem instituas ubique quotum reperies $\frac{136}{90}$ siue diuisione
facta 1 $\frac{46}{90}$ ubi nota.
Primo ut in numeris integris ita et hic maiorem numerum
diuidendum ee per minorem eam uero fractionem (ut supra
monui) alterâ maiorem ee cuius numerator in alterius deno,
minatorem ductus maiorem numerum efficit ita in proposito
maior fractio e $\frac{8}{10}$ quam $\frac{9}{17}$ quia 8 ducta in 17 efficiunt
136 maiorem 90 quem gignit 9 ductus in 10
Sdo si in diuisione atque etiam multiplicatione fractionibus
adhaereant integra ea prius per proplema, sdum resoluenda ee
in fractiones.

CAPVT QVARTVM
DE
FRACTIONIBVS FRAC
TIONVM.

Solent nonunquam Arithmetici ipsas etiam fractiones in alias
atque alias partes dispertiri ut cum lineam aliquam primū
quidem distinxerunt in partes quinque.
Exempli gratiâ lineam A B. in partes A C. C D. D E.
E F. F B. tum deinde partem totius aliquam A C. diui,
dunt in partes quatuor nimirum A G. G H. H I. G C.
et si libeat istarum etiam minutiarum aliquam in alias
V. G. minores adhuc partes tres diuidunt ut cum particulā
A G. distinguunt in minutias minutiarum (ut uocant)
A R. R I. L G. scripturi uero talem aliquam fractionem

V. G. duas tertias unius quartæ ex una quinta illud observant ut primariâ fractione dextram versus collocatâ vel numeratori punctum aliquod adiungant vel loco transversæ lineæ duo puncta substituant hoc modo $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{5}$ vel $\frac{2}{3}$. $\frac{1}{4}$ . . $\frac{1}{5}$. supputaturi autem hanc talem fractionem prius illam ad simplicem aliquam fractionem reducant, quod quidem ita efficiunt numeratorem primæ multiplicant per numeratorem sectæ, productum per numeratorem tertiæ et sic deincaps

Nam productum ultimum numeratorum efficit numeratorem productum denominatorum denominatorem fractionis simplicis quæsitum ita $\frac{2}{3}$ fractio fractionis fractæ supra allatæ æquivalebit isti $\frac{2}{60}$.

PARS TERTIA DE NVMERIS RELATIS.

Hactenus de numeris absolutis nunc etiam de relatis agamus

Ad numerum relatum pertinent proportiones, proportionalitates, progressiones.

Proportio est certus quidam quantitatum diversorum A C. invicem habitus et ratio estque triplex.

Æqualitatis, maioris inæqualitatis, et minoris inæqualitatis.

Proportio æqualitatis est inter numeros eosdem. V. G. 5 et 5 6 et 6.

Proportio maioris inæqualitatis est, cum maior numerus ad minorem minoris inæqualitatis cum minor ad maiorem refertur, utriusque ratio inæqualitatis est quinque partita.

Nimirum maioris inæqualitatis ratio sive proportio vel est multiplex qualis est inter 9 et 3, vel superparticularis qualis inter quinque et 4 vel superpartiens cuiusmodi inter 7 et 5

uel multiplex superparticularis uti est 5 ad 2 uel denique multiplex superpartiens qualis est inter 13 et 5.

Totidem proportionis species sunt minoris inaequalitatis eodemque etiam nomine efferuntur nisi quod ijs particula (sub) praefigatur ut submultiplex et superparticularis etc.

Progressio est series numerorum in quo consequens antecedentem eodem semper uel numero uel proportione superat, hinc progressio et proportio Arithmetica et geometrica.

CAPVT PRIMVM DE PROGRESSIONE ARITHMETICA.

Progressio Arithmetica est series numerorum inter quas est aequalitas differentiarum siue quorum posterior priorum eodem semper numero excedit estque discreta uel continua, discreta est quando duntaxat primus ad secundum ita se habet ut tertius ad quartum ita ut secundus ad tertium eandem proportionem non obtineat ita exempli gratia 2. 6. 8. 12. sunt disiunctim proportionales. quia differentia quatuor non continuatur inter 8 et 6

Continua est cum plures numeri eodem excessu se superant, et haec quidem triplex est, naturalis qualis ista

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

in qua sequens antecedentem semper 1 excedit.

Numerorum imparium ut 1. 3. 5. 7. 9. 11. etc. ubi

posterior priorem 2 superat ac denique numerorum imparium ut 48 · 11 · 6 · 20 · 24 etc in qua consequens antecedente semper 4 maior est.

Arithmeticae progressionis continuae praecipue in rem nostram proprietates enumerantur tres prout nimirum numeri propositi 3 aut 4 aut maiore quovis numero continentur.

Prima est datis tribus quibuscunque datis progressionis terminis continuis erit duplum medij aequale aggregato extremorum ut

6 · 8 · 10.

Duplum medij est 16 idemque aggregatum extremorum.

Sta datis quatuor continuis erit summa mediorum aequalis summae extremorum ita 20 · 12 · 14 · 16 · summa mediorum 12 et 14 conficit 26 tantundem scilicet quantum extremi duo 20 nimirum et 16 efficiunt.

18 12 16 20 24 32.

Tertia datis pluribus quam 4 duplum cuiuscunque est aequale aggregato duorum aequaliter hinc inde ab illo tanquam medio distantium exemplum est in adiecto schemate.



PROBLEMA PRIMVM PROGRESSIONIS ARITH,, METICAE. TERMINVM EXTREMVM IGNOTVM REPERIRE.

Progressiones supputaturus tria habebit prae cognita numerum terminorum siue partium propositae progressionis alterum extremorum

4. 8. 12. 16. 24. 20. 28.

6
4
24
28

1000 50. 5. 10. 15.

50. 5. 10. 15.

49
245
250
245
5

Primum puta uel ultimum ac denique differentiam ter,minorum siue excessum quo posterior numerus prio,rem superat quibus suppositis uolens terminorum extre,,

mum aliquem indagare
42 Numerum terminorum detractâ prius q ducet in differentiam terminorum productum uel ab ultimo subtrahet et prodibit primus uel producto primum addet et proueniet ultimus

EXEMPLVM.

Jaculantibus ad metam sumptu publico proponuntur praemia uiginti, quorum postremum omnium est pretium quatuor florenorum penultimum octo et sic deinceps. Numerus terminorum est uiginti primus terminus quatuor differentia terminorum itidem quatuor Quaeritur quantum lucretur ille, qui ex certamine primas tulit! ad quaestionem responsurus multiplico 19 numerum terminorum 2 minutum per differentiam terminorum 4 et conficio 7 huic si addam primum terminum itidem 4 produco in uniuersum 80 praemium illius qui princeps è certamine uictor euasit.

PROBLEMA SDVM

PROGRESSIONIS ARITHMETICAE.

TERMINVM MEDIVM VEL Quemcunque alium inuenire.

Si numerus terminorum fuerit impar medium cognitum adde primum terminum ultimo et prodibit quaesitum.
Quod si diversum aliquem e medio cognoscere libeat statue tecum eum quem inquiris esse ultimum ac deinde operationem institue iuxta problema primum.

PROBLEMA TERTIVM
SVMMAM TERMINORVM SIMVL COLLIGERE.

Adde extremos duos terminos inter se productum duc in semissem seu mediam partem numeri terminorum et prodibit quaesitum, vel
Semissem ex aggregato primi et ultimi termini per numerum terminorum multiplica, atque idem quod antea efficies.

EXEMPLVM.

Mercator quidam socium rogavit quantum pecuniae secum ad nundinas attulisset, respondit ille pecunias meas in 20 loculorum meorum sinus distribui hâc ratione ut in secundo sinu toties contineantur floreni quinque, quoties in primo tres totiesque in tertio 7 et sic deinceps.
Deprehendit autem qui interrogavit in primo sinu asservari florenos 30 ex quibus quaestionem per supputationem progressionis Arithmeticae facile dissoluit.
Cum animaduertisset terminos progressionis esse 20 (scilicet sinus loculorum) primum terminum 30

(nimirum florenos) differentiam denum terminorum 20 (nam cum in primo sinu reperti decies tres siue 30 fuerunt in secundo decies quinque siue 50) per primum problema reperit in ultimo sinu contineri florenos 210 et per problema tertium pecuniarum vicium aggregatum esse florenorum omnino 1200 Ubi nota cum progressio Arithmetica incoeperit ab unitate si multiplicetur terminus ultimus per numerum proximè maiorem producti dimidium fore summam terminorum simul vicum, ita huius progressionis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. summa ē 78, quod est dimidium numeri 156 producti ex multiplicatione 12 termini ultimi in 13 terminum proximè maiorem.

CAPVT SECVNDV DE PROGRESSIONE GEOMETRICA.

Progressio geometrica ē series numerorum quorum posterior priorem eadem proportione excedit.

Estque etiam ut Arithmetica uel discreta uel continua

Continua est quando oēs termini praeter primum et postremum sunt antecedentes et consequentes, hoc ē cum se habet primus ad secundum secundus v.g. ad tertium sicut se habet primus ad secundum exemplum est 3. 9. 27. 81.

Discreta cum non omnes termini sunt antecedentes et consequentes sive cum non se habet sicut ad tertium, ut primus ad secundum sed solum ut primus ad secundum ita tertius ad quartum etc ut si dicas sicut se habet 4 ad 8 ita se habet 10 ad 20 4 8

Proprietates progressionis geometricae continuae sunt

Prima, numerum tertium semper esse quadratum, tum uno intermisso 5 7 9 etc 4 vero esse cubum et duo, by intermissis 7 10 13 etc 5 biquadratum et tribus intermissis 9 13 17

Secunda terminum quemcunque ductum in seipsum numerum efficere qui tantundem distat e multiplicato, quantum ille ipse ab 1 ita si in hac progressione cuius denominator est 2. 1. 2. 8. 16. 32. 64. 120. quartum terminum (scilicet 8 ducas in seipsum produces 64 terminum qui duobus gradibus distat a quarto (8) tantundem scilicet quantum 8 a primo ne ab 1 et terminum quemcunque ductum in maiorem producere alium qui tantundem distet a maiore, quantum minor ab 1

Tertia quadratum minimum termini esse aequale producto ex multiplicatione aequaliter hinc inde distantium ita in allata progressione, quadratum 5 termini (16) est 256 cui aequalis est tam illud productum qd oritur ex multiplicatione 8 in 32, quam illud qd nascitur ex ductu 4 in 64 vel 2 in 128 numerorum ab utraque parte a 16 tanquam medio aequaliter distantium

46 Quarta datis quatuor terminis quibuscunq; productū quod oritur ex multiplicatione duorum mediorum est æquale producto extremorum ita in priori exemplo 8 s 16 facit 128 tantundem scilicet quantum uel quatuor 32 uel bis 64 quæ proprietates etiam in progressione discreta locum habent, si tñ fuerit ut primus terminus ad sdum ita tertius ad quartum

Quibus ita adnotatis facile erit ipsam progressionis huius supputationem pauculis aliquot problematis explicare. esto igitur.

PROBLEMA PRIMVM PROGRESSIONIS GEOMETRICAE TERMINVM VLTIMVM VEL ALIVM QUEMCUNQ; INVENIRE.

Ad hanc supputationem instituendam tria supponenda sunt, numerus terminorum, primus terminus, et proportio, demum illa, quâ consequens numerus antecedentem superat seu potius denominator datæ proportionis qui est numerus in quem ductus terminus antecedens producit consequentem.

Ubi nota, primo progressionem geometricam continuari hoc modo, ut primus terminus multiplicatus per denominatorem datæ proportionis det secundum, hic multiplicatus per denominatorem eundem producat

tertium et sic deinceps.
Secundo progressionem hanc aliquando ab 1 aliquando ab alio quouis numero initium facere si ab 1 tum vel numerus terminorum par est vel impar, si hoc esto. 49
Prima regula medij terminij ducti in seipsum dabit terminum ultimum quaesitum, habetur vero medij vel continuatione progressionis ad illum ipsum usque vel ad eius quoque medium
Quod si par fuerit numerus terminorum, esto.
Secunda regula terminij penultimij (qui indagatur ut antea ultimus) multiplicati per denominatorem datae progressionis dabit ultimum ita etiam indagatur terminus quinunque alij, modo ille pro ultimo assumatur.
Quod autem si progressio ab alio quouis numero quàm ab unitate exordium sumat tum vero esto.
Tertia regula terminij quinunque intermedij ducti in seipsum producit alium terminum (si tu productum hoc prius per primum terminum dividatur) qui tantundem distat à medio quantum medius à primo
Quarta regula terminij quinunque ducti in maiorem (si tu et hic productum prius dividatur per primum) producit alium qui tantundem distat à maiore quantum distat minor à primo ita, ut hic vel ultimum vel quemcunque terminum indaganti modus alius non sit quàm si progressio ab 1 initium sumeret, hoc solo excepto quod si quis terminus vel in se, vel in alium aliquem ductus fuerit productum prius dividendum sit per primum

a

quam prodeat terminus ultimus vel alius quicunque quaesitus.

PROBLEMA SECVNDVM SVMMAM OMNIVM TERMINORVM SIMVL INDAGARE.

Regula est unica, subtrahatur primus terminus ab ultimo residuum diuidatur per denominatorem datae progressionis unitate minutum quottienti addatur terminus ultimus, et productum dabit dicum terminorum summam quaesitam ubi.

Nota si progressio cuius proportionis denominator est 2 incipiat ab 1 ultimum terminum duplicatum abiectâ tri 1 daturum summam omnem terminorum simul.

EXEMPLVM PROGRESSIONIS GEOMETRICAE PROCEDENTIS AB VNITATE.

Est studiosus aliquis qui habet varios libros numero 33 eos vult vendere cuidam alteri hâc lege ut emptor pro primo numeret obulum 1 pro 2do 3, pro tertio 9 et sic deinceps ita ut pretium ad singulos libros proportione triplâ excrescat.

Quaeritur quantum pro 33 libris hoc pacto venditis pecuniae colligeret ad quaestionem responsurus tum progressio ab 1 incipiat denominator vero datae proportionis sit 3

progressionem ꝑ aliquot trnos iuxta notandum primum, problematis primi ita produco.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	
1	3	9	27	81	247	729	2187	6561	
3	3	3	3	3	3	3	3		
3	9	27	729	729	729	2187	6561	19683	

Cumqa Cut supra proprietate sta monui, cumquilibet trnus ductus in se, ꝑducat alium trnum, qui tantundem distat à multiplicato, quantum ille ab 1. illam trnum, qui ordine nonus ē, duco in se, producoq; 17 qui septem terminis distat à nono, siue multiplicato totidem scilicet, quantum nonus ab 1. ut.

6561
6561 nonus terminus.

6561
39366
32805
393660 terminus 17mus.

43046721.

Deinde quia 17 abē ab 1. gradibus 15. si etiam hunc ducam in seipsum, produco 33. tantundem remotum a 17. quantum 17. ab 1. ut.

Dato igitur termino 33. restat, ut iuxta problema stum huius capitis sumam etiam omnium terminorum simul exploremus, quod ut rectè atq; ordine fiat, subtracta 1. (primò progessionis nostræ termino) à termino ultimo, detractâ item 1. à denominatore datæ proportionis (3) residuum diuidemus per 2. ut

4 3 0 4 6 7 2 1
4 3 0 4 6 7 2 1 terminus 17mus.

4 3 0 4 6 7 2 1
8 6 0 9 3 4 4 2
3 0 1 3 2 7 8 4 7
2 5 8 2 8 0 3 2 6
1 7 2 1 8 6 8 8 4
1 2 9 1 4 0 1 6 3 0
1 7 2 8 6 8 8 8 4

1 8 5 3 6 2 0 1 8 8 8 5 1 8 4 1 trinus 3tus

Nam productum indicabit aggregatum omnium trinorum, simul in obulis, de quibus quaestio erat proposita. Adeoque emptorum libros 33 si adnumeraret pro primo obulum 1. pro 2do tertium, pro tertio 9. et sic deinceps pro omnibus, obulorum 2 7 7 9 5 3 0 2 4 3 2 7 7 7 6 1.
Sive supponendo quod florenus 480 obulos contineat, divisione facta florenorum.

1 8 5 3 0 2 0 1 8 8 8 5 1 8 4 1 terminus ultimus.
1 8 5 3 0 2 0 1 8 8 8 5 1 8 4 0 1 trinus primus.

3. denominator datae progressionis.
$\frac{1}{2}$ unitas subtrahenda.
11 residuum.
1 8 5 3 0 2 0 1 8 8 8 5 1 8 4 0 (9 2 6 5 1 0 0 9 4 4 2 5 9 2 0
2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2 2

quotienti deinde addemus terminum ultimum et.

1 9
4 7 0 4 0 6 0 0 2 5 1
3 9 3 2 8 4 7 0 3 9 9
2 7 7 9 5 3 0 2 8 2 7 7 7 6 1
4 8 8 8 8 8 8 8 8 8 8 8 8 8 0
4 4 4 4 4 4 4 4 4 4 4 4 4 0

9 2 6 5 1 0 0 9 4 4 2 5 9 2 0 quotiens.
1 8 5 3 0 2 0 1 8 8 8 5 1 8 4 1
trinus ultimus.
2 7 7 9 5 3 0 2 8 3 2 7 7 7 6 0 productus.
5 7 9 0 6 8 8 0 9 0

1 6 2 1
480

quinquies millies millies millena millia septingenties nonagies millies millena millia sexcenta octuaginta millia nonaginta millia centum et sexaginta duos florenos et unum obulum.

Pro qua pecuniae summa aliâs emere potuisset plus quam 5790688090 16 hoc ē librorum quingenties septuagies nouies millies millena millia sexaginta octo millena millia octingenta et nouem millia, et praeterea libros sedecim, et si in singulos expendisset 20 florenos.

CAPVT TERTIVM
DE REGVLIS
ARITHMETICAE
PRACTICAE.

Possent quando et regulae progressionum in hoc numero censeri nisi ex consuetudine potiꝰ quam necessitate quâdam hoc ipsum nomen ijs regulis obtigisset quae ex simplicibꝰ quatuor supputationum speciebꝰ mixtae docent ex notis quibusdam numerum adhuc ignotum patefacere has autem inter regulas principem iure suo locum obtinet

REGVLA AVREA.

Sic dicta ob sui nobilitatem atqꝫ praestantiam alio nomine regula proportionum detri et trium appellatur qd in progressione geometrica discreta ex tribus terminis notis quartum qui adhuc incognitꝰ ē doceat inuestigare

52

Estq; uel simplex uel composita rursumq; uel inuersa, de singulis ea adferam quæ in rem nostram ēē necessaria iudicauero, ubi tn̄ prius paucula quædam adnotauero.

Primo eos quatuor numeros proportionales ēē quorum si primus et tertius, secundus item et quartus in quemcunq; numerum ducti ita se habent, ut si productum primi maius sit producto sdi etiam productum tertij maius sit producto quarti, si minus aut æquale tum etiam minus sit aut æquale, tales sunt

4 — 12 — 15 — 45.
2 — 2 — 2 — 2.
8 — 24 — 30 — 90.

nam multiplicati per 2 quemadmodum productum sdi maius ē, producto primi ita, et productum quarti maius est producto tertij.

Sdo si quatuor numeri directè fuerint proportionales, eosdem etiam inuersè, alternè, et reciprocè proportionales fore. tales sunt.

proportionales
- directè 4 — 6 — 8 — 12
- inuersè 6 — 4 — 12 — 8
- alternè 4 — 8 — 6 — 12
- reciprocè 8 — 4 — 12 — 6.

Tertio in regula aurea terminos alternatim duos necessario homogeneos cognomines siue circa eandem materiam ēē ac præterea primos duos hyppothesim tertium uero quæstionem aliquam annexam habere q̄bus annotatis habebit canones.

REGVLA AVREA SIMPLEX ET DIRECTA.

Primum tres termini dati ita disponendi sunt ut, qui quæstionem annexam habet, tertiò qui huic homogeneus ē, primò reliquus sc̄do loco sc̄dus terminus multiplicetur per tertium productum dividatur per primum et quottus ostendet quartum proportionalem.

EXEMPLVM GEOMETRICVM

Erigit quis bacillum aliquem perpendiculariter longum pedes 10 proijcit 15 lucente hore umbram longam pedes 15 ē vero vicina arbor quædam, domus, aut turris quæ eodem tempore umbram extendit ad pedes 120 quæritur quàm alta sit domus, turris, vel arbor, terminus qui quæstionem annexam habet ac proinde tertio loco collocandus ē 120 longitudo umbræ, domus, turris, vel arboris de illa n̄ quæritur quanta ex eius magnitudine altitudo domus, turris, aut arboris constituenda sit homogeneus huic atq̄s adeò primo loco statuendus numerus 15 nimirum longitudo umbræ bacilli. Reliquus ac propterea secundo loco scribendus denarius sive 10 altitudo bacilli scilicet unde sic habet exemplum.

Si 15 pedes umbræ dant, pedes altitudinis 10 quid dabunt pedes umbræ 120.

vel 15 | d. 10 | q. 120 | dabunt.

10
1200
1200 (80
1 85
1

8 3 6
3

54 Si tertium multiplicaueris per secundum, productumq; di-
uiseris per primum altitudinis turris, domus, aut arboris,
pedes 80

EXAMEN.

Huius regulae uel instituitur per multiplicationem duo-
rum extremorum et duorum mediorum, nam ut demon-
strat Euclides lib: 7 para: 19 si quatuor numeri
proportionales fuerint qui ex primo et quarto fit, nu-
merus aequalis erit ei qui ex sdo et tertio fit numero
Et si qui ex primo et quarto fit, numerus aequalis
fuerit ei, qui ex sdo et tertio fit numero, ipsi quatuor
numeri proportionales erunt ita proportionales sunt
isti quatuor

$$\begin{array}{c} 15 - \underbrace{10 - 120}_{1200} - 80 \\ \hline 1200 \end{array}$$

Vel instituitur per diuisionem nam si primus et sdus tertius
item et quartus per se inuicem diuisi quottos fuerint
aequales proportionales erunt numeri illi, ut in exemplo

$$\begin{array}{l} 15 \\ 10 \end{array} \left(1 \frac{5}{10} \text{ siue } 1 \frac{1}{2} \right.$$

$$\begin{array}{l} 120 \\ 80 \end{array} \left(1 \frac{40}{80} \text{ siue } 1 \frac{1}{2} \right.$$

ubi uides utrinque tam producta multiplicationum
quam quottos diuisionum aequales ac proinde datos
quatuor numeros inter se proportionales esse sed.
Nota primo si nonnunquam occurrant termini

solâ uirtute homogenei eos etiam explicitè tales fieri
uel reductione fractorum ad integra, uel resolutio,
ne totorum in suas partes, ut si dicas dies una
dat horas 24 quot horas dat integer annus? hic
annus et dies homogenei quidem sunt sed solâ
uirtute fiunt tn̄ expressè etiam cognomines
resolutione totius in dies 365 quâ resolutione
peractâ sic dabit explum.

$$\begin{array}{r} 120 \\ 80 \end{array} \quad (1\ \frac{46}{80} \text{ siue } \frac{1}{2}$$

$$1 \mid d.\ 24 \mid qd.\ \begin{array}{r} 365 \\ 24 \\ \hline 1460 \\ 730 \end{array} \qquad \begin{array}{r} 3/6 \\ 5/3 \end{array}$$

dabit operatione peracta 8760 quod nimirum totus
aliquis annus continet in diebus integris 365
Nota secundo fieri quandoqz ut ex ducto tertij nu,
meri in secundum productum minus euadat, quàm ut
diuidi possit per primum ac proinde secundum ter,
minum resoluendum ēē in partes minores, ut, si di,
cas hoc anno siue hebdomadibus 52 praeter ordina,
rios sumptus expendi florenos 12 quantum expendi
singulis septimanis, ubi uides sctum terminum (12)
multiplicatum per tertium (1) productum minus effi,
cere, quàm ut diuidi possit per 52 terminum pri,
mum, quare sctus in minores partes, hoc ē crucigeros
resoluendus erit eāqz operatione peractâ, explum hâc
ratione proponendum

52 | d. 720 | tot n̄ crucigeros 12 flo,
reni faciunt qd. 1 $\begin{array}{r} 1244 \\ 720 \\ 522 \\ 5 \end{array}$ $(13.\ \frac{44}{52}$ $\begin{array}{r} 0/4 \\ 4/0 \end{array}$

dabit operatione peractâ crucigeros 13 et $\frac{44}{52}$ siue reduc-
56 tione fractionis ad minores terminos crucigeros 13 et
$\frac{11}{13}$ unius crucigeri quos scilicet hâc operatione datâ
singulis hebdomadibus præter sumptus ordinarios im-
pendisti.

REGVLA SIMPLEX AVREA EVERSA.

Docui hactenus per regulam auream simplicem
directam in progressione geometrica discreta quar-
tum terminum inuenire cum e ut in exemplis patet
dato tertio progressionis termino minore primo etiam
quartus minor esse debuit, secundo et uicissim.
Sed non accidit nonnunquam ut ratione materiæ nu-
meris subiectæ dato tertio termino maiore primo
quartus tamen necessariò minor euadat sed et contra
dato tertio minore primo quartus maior proueniat
sed.
Quo quidem casu regula aurea euersa siue potius in-
uersa adhibenda est, idque iuxta duplicem, quam hic
trado regulam.
Prima est terminus qui alias ob quæstionem sibi annen-
am ponendus esset tertio loco ponatur primo, qui
primo collocetur tertio, reliqua fiant ut antea, uel
secunda relictâ dispositione terminorum iuxta ca-
nones regulæ aurææ directæ sed multiplicetur
in primum productum diuidatur per tertium.

EXEMPLVM EST.

Referunt historici Aegyptiacarum pyramidum unam ab operarijs 360000 constructam ēē annis 20 quae, ritur quot annis talem aliquam pyramidem absol, uissent operarij, quod qdm exemplum iuxta regulam auream directam staret hoc modo

operarij	annos	operarij
360000	d. 20	qd. 1000.

uerum quia quartus terminus minor euaderet secundo eō quod et tertius minor sit primo, cum interim ratio ipsa postulet, et quartus terminus sit maior scto eo quod utiqz ad hanc tantam molem absoluendam maiori tempore indigeant operarij mille, quam si ad idem opus expedien, dum operae simul adhiberentur 360000 unde fit ut uel tertius terminus, iuxta primam regulam constituen, dus sit primo loco, et primus tertio, uel hāc qdm dis positione relictā scdus terminus multiplicandus sit in pri, mum, productum uero diuidendum per tertium utrum n̄ egeris labori huic tali reperies expediendo ope, ras mille adlaborare debere annos septies mille du, centos.

EXAMEN.

Regulae simplicis inuersae si qdm dispositio ser, uetur (regulae directae) ita se habet secundus termi, nus multiplicetur in primum, et tertius in quartum nam producta (si qdm termini debito modo pro, portionales sint) utriusqz multiplicationis in, ter se erunt aequalia.

EXEMPLVM.

58 Habes in numeris modo allatis, in quibus ut uides productum primi et sti aequale prorsus esse producto tertij et quarti

360000 — 20 — 1000 — 7200.

7200000 7200000.

REGVLA AVREA TVM DIRECTA TVM INVERSA COMPOSITA.

Tunc adhibenda est cum terminis principalibus annectuntur; alij minus principales et secundarij quales sunt circumstantiae loci, temporis, mensurae, ponderis etc. vt si dicas centum milites diebus 30 ducunt fossam latam pedes 10, longam 165. milites 120 diebus 40 eiusdem latitudinis fossam ad quodnam pedes in longum extendent in quo exemplo numero militum tanquam termino principali adnectitur certus numerus dierum adeoque terminus primus et tertius qui principales sunt a secundario quodam geminantur et quasi modificantur, unde fit, ut cum huiusmodi quaestionibus dissoluendis regula aurea simplex non sufficiat necessario alia quaedam quae composita dicitur sit adhibenda, idque duplici quorum tradam modo.

Primus est termini principalis singuli seorsim

multiplicentur in annexos sibi terminos secundarios et producta disponantur iuxta canones regulae aureae simplicis ita in allato exemplo, si centum terminum principalem multiplicaueris per 2, 30 produces, si 120 per 40 efficies 4800 ac proinde iuxta leges regulae aureae simplicis exemplum stabit hoc modo.

3000 | d. 156 | qd. 4800
156

748800   7200000
000   1800
3000

dabunt multiplicatione ac diuisione factâ longitudinem fossae pedum 249 cum $\frac{1800}{3000}$ siue per reductionem ad minores terminos $\frac{3}{5}$ unius pedis alter modus certior et uniuersalior priore est, ut nimirum bis instituatur operatio ac prima quidem regula aurea eaque simplex adhibeatur principalibus terminis eâ lege ut tertio loco collocetur ille numerus, qui quaestionem annexam habet, primo qui huic homogeneus est. secundo denique si hyppothesin habet adiunctam quique quarto adhuc incognito cognominis est. Vt si dicas centum milites dant longitudinem fossae pedum 156 qd. centum 20
Dabunt multiplicatione et diuisione peractâ longitudinem fossae pedum 156 et $\frac{5}{25}$ $\frac{1}{5}$.
Deinde pro secunda operatione illo rursus termino (sed iam minus principali) tertio loco posito, qui quaestionem annexam habet, primo loco scribatur ille qui priori operatione ex tribus notis inuentus est, (si quidem tertio cognominis sint) sin primo loco collocetur, ille qui tertio est homogeneus, ille autem, qui modo repertus est

5do loco adnotetur, nam operatione iuxta regulas supra traditas peractâ quottus dabit quartum proportionalem quaesitum.
Ubi etiam simul observa traditas hactenus regulas etiam tum locum habere, cum vel fractiones purae vel cum integris mixtae concurrunt eo solum discrimine, quod divisio vel multiplicatio instituenda sit iuxta illas regulas, quae divisione et multiplicatione fractorum à nobis supra fuerunt adnotatae.

REGVLA POSITIONIS SIVE FALSI.

Positionis dicitur qd per illam ignotum indagaturus terminum aliquem ponat sive supponat, qui cum plerumque à verò alicuius ac proinde falsus sit regulae huic etiam falsi cognomentum tribuit.

Est verò duplex nam vel inquirendae veritati hyppothesis una sufficit, et adhibetur regula simplicis positionis vel praeterea alia adhuc suppositione opus est et nascitur regula duplicis positionis.
Si primum pro numero quaesito supponatur alius quicunque (quem nos hyppothesim dicimus) cumque illo procedatur iuxta tenorem quaestionis, donec perveniat ad numerum quaesitum qd si ille non proveniat (uti raro provenit) adhibeatur praeterea regula aurea pro quae illa primo loco ponatur numerus priore operatione inventus (quem nos hyppothesin nuncupamus) 5do hyppothesis, 3tio ille ipse, qui in

quæstione datus est, et communiter scopus appellatur.

EXEMPLVM.

Est quis belli dux, qui sub signis habet sedecim peditum millia, et præterea milites 56 eos vult in trium urbium præsidia partiri, et quidem hac ratione, ut in sta urbe duplo plures constituat, quam in prima, in tertia triplo plures, quam in sta.

Quæstio est quotnam in prima civitate collocandi sint milites, et respondetur operatione peractâ in prima munitione locandos esse milites 1984 nam si duplum istius scilicet 3568 stæ et triplum huius ni, mirum 10904 tertiæ urbi imperator attribuat mi, lites suas omnes ex ei sui sententia in tres turmas partitus est.

Verum ut dixi sæpe non sufficit unica hypothesis sed stâ etiam positione opus est, quod si quandoque evenicat.

Primo error quo primum opus hypotheticum à scopo aberrat notetur signo X plus, vel — minus signo plus, si hypothesis maior assumpta fuit, quam scopus patiatur, signo minus si hypothesis debito minor posita sit.

Sto ponatur alia hypothesis, et cum ea procedatur non aliter, atque actum cum prima fuit, tunc ipsius quoque error debito signo notetur.

Tertio prior hypothesis ducatur in errorem stæ, et sta in errorem primæ annotatis singillatim duobus hisce productis.

Quarto adhibeatur regula aurea et si quidem uterque er, rorum simili signo fuerit notatus, fiat, ut differen, tia errorum ad differentia productorum quæ facta sunt

ex ductu unius hyppothesis in errorem alterius ita
62 ad numerum quaesitum.
Quod si vero errores diversis fuerint affectisig-
nis, fiat ut aggregatum errorum ad aggregatum
duorum illorum productorum quae facta sunt ex
ductu unius hyppothesis in errorem alterius ita
unum ad numerum quaesitum
Quaestio Arithmetica est, quomodo divinandum sit
quisnam annulum v.g. absconditum, quo digito, quo-
ve digiti articulo gerat.
Constitue certum personarum ordinem, ita, ut earum
apud te primum, alia secundum, alia ultimum locum
obtineat (quod quidem facile erit, modo personae illae
quem quaevis primo occupavit locum non mutent,
ut si mensae alicui accumbant, si in orbem con-
sistant) idem de digitis, idem etiam de arti-
culis facito, et si velis pollicem dextrae manus
primum, pollicem sinistrae postremum articulum
ungui proximum, itidem primum, qui ad radicem
digiti est postremum constitue, quod ubi fecerit,
iube aliquem a prima persona versus ultimam
numerare ad illam usque, quae annulum habet
et numerum duplicari, duplicato addi 5, produc-
tum multiplicari per 5 facto inde addi numerum
digiti in quo persona illa annulum gerit summam
hanc multiplicari per 20 producto addi numerum
articuli in quo annulus est, tandem ex tota hac
summa adijci 250 residuum tibi indicari nam
primus numerus (si scribatur) versus dextram,

ostendet tibi articulum, sdm digitum, tertium personam quae absconditum digito annulum gerit.

EXEMPLVM.

Sint VG. personae 10. quarum sexta absconditum annulum gerat, nono digito (idem digito auriculari manus sinistrae) cube duplicari 6. ut fiant 12. his addi 5. ut fiant 85. his addi 9 (numerum digiti) ut fiant 94 haec multiplicari per 10. ut producantur 940. nam huic si addantur 3. (numerus articuli) fiant 943. ex quosi abijcias 250. restabunt 693. atque adeo in tertio articulo digiti sexta ordine persona absconditum annulum gestabit.

QVAERES SECVNDO QVOTIES VERSICVLVS ILLE, IN QVO CHRISTVS DICITVR ESSE.

Rex, dux, lex, lux, spes, sol, fax, mons, pax, leo, fons, pons.

Cui similem ego alium addo. Cum, tu, das, his, far, sal, lac, tunc, dant, tibi, hi, mel.

Saluo metro, et uocabulis immutatis personarum transpositionem transmutari potest. R. si quidam uersiculus debeat manere, dactylicus immutari utrumque potest 399168000, hoc trigesies nouies millies mille, nongenties decies sexies, millies, et octingenties.

Quod si uero ex illis etiam facere spondaiocos sit integrum, tum uero saluo metro, et uocabulis praeterea immutatis, uariari quamuis posse 199584000. hoc est, centies, nonagies, nouies millies mille quingenties

octoagies, et quater millies.
Ita, et si talis aliqs versiculus toties scriberetur quoties saluis uocabulis immutari posset, constitueret Tomos, quales Virg. de Aneae scripsit (habet n̄ ille versus ur̄sim 901) oīo 201 sy $\frac{9545}{1901}$ hoc̄ uigesies mille centum quinquaginta septem superēentys adhuc versus 9545. qui et ipsi proximè talem aliquem tomum efficerent.

QVAERITVR TERTIO QVOMODO DIVINDVM SIT QVEM QVIS ALTER ANIMO NVMERVM CONCEPERIT.

Dic ut numerum aīo conceptum multiplicet p 3. triplicatum (et si qdm poīt) diuidat p 2. si impar addat prius 1. postea p 2 diuidat, dimidiatum iube rursus triplicari, triplicatum si parsit, diuidi in duas ptes aeqles, si impar, addi prius 1. et postea pmum dimidiari postremum hoc dimidiatum iube diuidi p 9. et quottum tibi indicari, uel qd expeditius ē, iube ab eo reijcig quoties id fieri potē, tum deinde tibi indicari, quoties id factum fuerit, illud ubi tu intellexeris numerum id significantem multiplica p 4. et pducto adde 1. (si qdm alter primae triplicationi iadiecit) duo, siue 2. (si ille 1. ad sdam triplicationem assumpsit) nihil si neqs ille ante dimidiationem numero triplicato unitatem adiecit prodibitys numerus, et quem alter solum aīo concepit.

EXEMPLVM.

Concepit quis sic & triplicatus efficiet 24 dimidiatus 12 rursus triplicatus 36 iterum dimidiatus 18 qui numerus diuisus per 9 quotum efficit 2 quem si tu multiplicaueris per 4 produces & illum ipsum siliet numerum quem alter tacite sic concepit.

QVAERITVR POSTREMO quomodo diuinandum sit quænam trium personarum quamlibet ex tribus rebus absconderit.

calculus · personæ · res.

1	A B C	1 2 3
2	A B C	2 1 3
3	A B C	1 3 2
4	A B C	2 3 1
5	A B C	3 1 2
6	A B C	3 2 1

66

Constitue tam inter tres personas, quam inter tres res quales,
cunque certum aliquem ordinem, si sit ita libeat. A
prima persona. B. scda. C. tertia, quod ubi feceris
proijce in medium 24 uel numos uel calculos, uel
quidquis aliud, et da personae quam primo loco con
stituisti 1 sdae. 2 tertiae 3. inde digressurus dic,
ut quaelibet e tribus illis personis seligat sibi e
tribus rebus quamcunque absconderdam, eâ tn lege
quae primam acceperit simul etiam totidem ex
medio lapillos uel numos aufferat, quod eorum
antea habebat.

Quae secundam duplum prioris quae tertiam,
quadruplum accipiat, hoc ubi personae illae ex,
secutae fuerint, teque reuocauerint, uide quotnam
in mensa lapilli uel numi sint reliqui, si n
unus remanserit, accepit A. rem primam. B. sdam
C. tertiam. Si uero reliqui fuerint 2 accepit A.
sdam. B. primam. C. tertiam, et sic de reli,
quis, quae oia darius adiecta tabella explicat.
Atque ita haec tandem quae, siue de numeris abso,
lutis, siue de relatiuis hactenus tradidimus abso,
lute oia in Dei opt. Max. progressionis noae cum
Arithmeticae, tum geometricae terminum ulti,
mum sine subtractione aut diuisione ulla, quia potius
cum oi additione, et multiplicatione possibili relata
sunto.